INDICEM LECTIONUM

IN

UNIVERSITATE LITTERARUM BERNENSI

INDE

A DIE XV OCTOBRIS MENSIS MDCCCXXXIX

USQUE

AD DIEM XXXI MARTII MENSIS MDCCCXXXX

HABENDARUM

PROPONIT

RECTOR ET SENATUS.

INSUNT

CAROL. GUIL. MÜLLERI,
PHILOS. DOCTORIS, ANTIQU. LITTERARUM PROFESSORIS,

ANALECTA BERNENSIA, PARTICULA I:
DE BOËSTALLERII BIBLIOTHECA GRAECA.

BERNAE,
EX OFFICINA FISCHERIANA.

MDCCCXXXIX.

Bern,
... und Comp.
J. Körber.




Cogitanti mihi, quod argumentum praefationis loco indici scholarum in universitate litterarum Bernensi habendarum praemitterem, non quae ipse meditatus essem adjicienda esse videbantur, sed quae minus cognita in bibliotheca Bernensi vel antiquorum scriptorum crisi, vel historiae litterariae aliquam utilitatem afferre possent, ea promenda. In Sinneri quidem catalogo codicum manuscriptorum omnes libros consignatos particulasque codicum enumeratas esse, quotquot in bibliotheca inveniantur, multi sibi persuaserunt; sed sciendum est, in catalogi illius nonnullis partibus diligentiam eam desiderari, quam non possumus quin in aliis admiremur, et scripta nonnulla a Sinnero non indicata esse. Integra volumina sedulo ego quaerens investigare non potui, sed ubi uno volumine multa variaque scripta continentur, inscriptionibus singularum partium non additis, non raro Sinnerus silentio nonnulla praetermisit. Sic codex chartaceus DLXXVIIII inter alia etiam non indicatum librum gregorii Corinthii *περὶ διαλέκτων* Leonardique Arretini dissertationem *περὶ τῆς τῶν Φλωρεντίνων πολιτείας* continet, et in aliis codicibus alia a Sinnero omissa insunt. Non solum vero ex codicibus exaratis, sed etiam ex libris typis exscriptis multa promi possunt, quibus scriptorum antiquorum crisis egregie adjuvatur; nam permultis bibliothecae Bernensis libris ad marginem et inter lineas varietas scripturae e codicibus enotata et emendationes virorum doctorum Artopaei, Bongarsii, Jacob. Cujacii, Francisci et Petri Danielium, Foquelini (ad Persium), Fr. Junii, Aegid. Menagii, Andreae Morelli, Petri Rami, H. Stephani (ad Lucianum et Philostratos), Adr. Turnebi adjectae sunt; et quamquam negari non potest, ex parte illas adnotationes et emendationes, imprimis Bongarsii nonnullas, quae non ab eo viro, sed a puero scriptae esse videntur, parvi vel nullius esse pretii, tamen aliae vel ex codicibus manuscriptis excerptae, vel, qua erant nonnulli illorum virorum sagacitate, conjiciendo inventae, magni sunt aestimandae, earumque exempla alio tempore dabo. Nunc anecdotum, catalogum bibliothecae saeculo XIV vel XV collectae, publicabo, ex quo intelligitur, illo tempore multos antiquorum Graecorum libros superfuisse, quorum interitum jam lugemus.

1

PARTICULA I.

Boëstallerii bibliotheca.

Codex Bernensis 360 catalogum Graece scriptum bibliothecae a Boëstallerio, legato a rege Gallorum ad rempublicam Venetiorum misso, collectae continet. Invenire non potui, quando Boëstallerius vixerit et cuius Gallorum regis legatus fuerit; sed id mihi ex litterarum ductu concludere posse videor, seculi XIV vel XV ineuntis hunc codicem esse, qui pulcherrime in optima membrana scriptus ex duodecim foliis, quibus numeri α', β', γ', δ', ε', ς' appicti sunt, est compositus. Omnes libri, quorum tituli in catalogo proponuntur, Graeci sunt, et nonnulli praecipue theologici argumenti nondum editi. Praeter alia notatu dignissima hoc codice comperimus, illo tempore, quo Boëstallerius vixit, adhuc Aristarchi et nonnullorum aliorum commentarios in Odysseam scriptos superfuisse. Quos commentarios quamquam Suidas [1]) non nominat, sed tantum dicit, grammaticorum illum principem plus octingentos libros composuisse, tamen certum est, Aristarchum commentariorum, qui de Odyssea agebant, auctorem esse; nam id non solum scholia Venetiana testantur, quae mentionem Odysseae ab Aristarcho recensitae saepissime injiciunt [2]), et commentationem eius de Iliade et Odyssea nominant [3]); non solum scholia Harleiana de eadem commentatione loqui videntur [4]); sed etiam Suidas testis est, qui narrat, Ptolemaeum Ascalonitam de Odyssea

---

[1]) Suid. s. v. *Ἀρίσταρχος. Λέγεται δὲ γράψαι ὑπὲρ ω' βιβλία ὑπομνημάτων μόνων.*

[2]) Schol. Ven. ad. Iliad. ό, 10. *Ὁ δὲ Ἀρίσταρχος καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ διὰ τῶν δύο σσ* [scil. *γράφει τὸ ἀνύσσειν*], *δοκέεις δέ μοι οὐκ ἀπονύσσειν.* Et aliis locis.

[3]) Ead. Schol. ad Iliad. ί, 349. *ἐν τῷ περὶ Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας ὁ Ἀρίσταρχος προφέρεται, καὶ ἤλασεν ἐκτόθι τάφρον.*

[4]) Ad Odyss. ν', 152. *Ἀριστοφάνης δὲ γράφει, μὴ δέ σφιν ἀντιλέγει δ' ἐν ὑπομνήμασι Ἀρίσταρχος.* Scholia a Buttmano edita de Odyssea Aristarchea multis aliis locis commemorant, quae in indice Buttmanni collecta inveniuntur p. 604.

ab Aristarcho recensita scripsisse [*]). Dubitari igitur non potest, quin Aristarchus commentarios in Odysseam condiderit, quos saeculo XIV vel XV adhuc superfuisse hoc uno codice Bernensi cognoscimus. Quodsi Wolfius codice, quem Villoisonius in bibliotheca Venetiana invenit, par fuit exponendae aliisque probandae suae de Homeri carminibus sententiae, quid cogitandum est perfici posse, si novus idemque melior, ut videtur, codex reperiretur? Aristarchi commentario in codice Boëstallerii aliorum criticorum et interpretum adnotationes adiectae aut potius cum eo coniunctae erant, ita ut non ipsum grammatici summi scriptum sed copiosa excerpta codex continuisse videatur. Praeterea hoc indice Grammaticam Aristarchi, alias non nominatam, cognoscimus, de qua tamen dubito.

Iam ipsum indicem bibliothecae Boëstallerianae propono, quae in Italia collecta et in Galliam transportata esse videtur.

Πίναξ σὺν θεῷ ἁγίῳ τῆς βιβλιοθήκης τοῦ ἐνδοξοτάτου κυρίου Ἰωάννου Βοεσταλλερίου, πρεσβευτοῦ Ἐνετίῃσι τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως τῶν Γάλλων.

1, *Ἡ πεντάτευχος καὶ ἄχρι τῆς Ῥούθ. μεθ' ἑρμηνείας πολλῶν διδασκάλων τῶν παλαιῶν.* 2) *Ἰουλιανοῦ ἀποστάτου λόγοι καὶ ἐπιστολαί.* 3) *Νικάνδρου θηριακά.* 4) *Βλεμμίδου λογική.* 5) *Φαλάριδος ἐπιστολαὶ σὺν εἰδυλλίοις Θεοκρίτου.* 6) *Ἔλεγχος Ἰουδαϊκῆς πλάνης.* 7) *Θεοδώρου Μετοχίτου ὁμιλίαι, ἐμμέτρως.* 8) *Ἀπολλωνίου ἀργοναυτικά.* 9) *Ὀρφέως ἀργοναυτικὰ καὶ ὕμνοι.*

Pag. 2. 10) *Πρόκλου ὕμνοι.* 11) *Ὀρφέως περὶ λίθων.* 12) *Διόρθωσις εἰς*

---

[*]) S. v. *Πτολεμαῖος Ἀσκαλωνίτης .... ἐπαίδευσεν ἐν Ῥώμῃ. ἔγραψε.... περὶ τῆς ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἀριστάρχου διορθώσεως.*

[4]) Nicephori Blemmidae logica est intelligenda, quae infra iterum nor. 231 invenitur et edita est sub titulo: *Εἰσαγωγὴ ἐπιτομή, βιβλίον πρῶτον περὶ λογικῆς.*

[7]) Secundum indicem operum Theodori a Fabricio in Bibl. Gr. T. X. p. 414. ed. Harl. propositum hae homiliae non editae sunt.

[11]) Codex Bernensis 369 chartaceus, scriptus a manu satis exercitata Valeriani Phorolibissi, (*Ἀδελφὸς Οὐαλεριανὸς Φορολίβισσος ὁ Ἀλβίνου ταύτην ἔγραψε βίβλον τοῦ περὶ λίθων Ὀρφέως.*) continet Orphei librum de lapidibus cum brevibus scholiis graecis, cuius varietatem scripturae alias integram, nunc tantum specimen proponam codicis cum editione Hermanni collati. Pag. 359. *Δημητρίου Κερκυραίου τοῦ Μόσχου ὑπόθεσις εἰς τὸ περὶ λίθων Ὀρφέως.* Lin. 2. *μετα εταίρων τινῶν* — Pag. 361. lin. 2. *τῆς γενομένης ἐτησίου ταύτης θυσ.* — P. 362. lin. 9. Post vocem

Στράβωνα. 13) *Περὶ προσωδιῶν Ἡρωδιανοῦ.* 14) *Θεοδώρου Μετοχίτου λόγοι.* 15) + *Ἰσαὰκ Ἀργυροῦ περὶ κύκλων ἡλίου καὶ σελήνης.* 16) + *Γεωργίου τοῦ Γε-*

θηριακὰ incipit alia linea, in qua rubro colore scriptum: *Τοῦ αὐτοῦ*, ut, quae sequuntur, secundum argumentum sint habenda. Etiam vocis *Ἰστέον* prima littera rubro colore picta est. — Lin. 14. *καὶ ἡμετέρα* — Lin. 15. *ἐν αὐτῷ δὲ* — Pag. 363. *Ὀρφ. ἀρίστου ποιητοῦ περὶ λίθων.* Vers. 2. *νομίζων* — 3. *ἂν ἔχωμεν* — 4. *δέχνησθε* — 5. *ἀθανάτοισι* — 6. *νηπιτύοισι* — 7. *ἀγαλλόμενος* — 8. *ἀκεσιμβρότου* — 9. *ἶξεν* — 11. *Κρονίδης ταναὸν* — 14. *χαίροντας* — *ὀαριστοὺς* — 17. *ὅς* — *πεγνυμένον* — *ἀνώγει* — 18. *ἐπέλθεμεν ἑρμείαν* — 20. *νομίζων* — 22. *οὐδέω ν. ἄκικυς* — 24. *προλείπων ἐρίγηθε ἀνίκην* — 28. *ἄντικρυς στ.* V. 29. incipit majore rubra littera. 31. *βασιλέεσσι* — 34. *παλάμησι* — 35. *χρύσειον ἐπὶ λέχος αἰὲν* — 39. *ἐπὶ πόα τραφερὴν ἀκυμ. πόδεσσι* — 40. *τὸν, καὶ ληΐστῆρ ἐς* — 42. *τίσουσι, καὶ* — 43. *αἴκε θέλησι* — *ὅσσα* — 45. *φρεσὶν ἠεροφοῖται* — 48. *ῥοιζῶντες, καὶ χαμαὶ* — 52. *ἐλάσσαι* — 53. *ἑκάστω* — 54. *ἄλλαι τ' ἀπειρ.* — 57. *ὅς τ' ἀφίηνται* — 59. *ὤρινε* — 60. *ἀοιδοῦ γηρήσασθαι* — 61. *τάγχι* — 62. *αἶψα δὲ πρέσβαν δαημοσύνην ἀτίουσι* — 63. *δὲ ἦρ* — 64. *φεύγουσι,* — *μόχθων* — 65. *μόχθων* — *πεφρύκασιν* — 66. *σφι* — 67. *οἶδε θεοῖς ὀθριζέμεν ἀθανάτοισιν,* — 68. *ἀνδρῶν ἤλασσαν* — 70. Eodem modo in cod. — 71. *ἔργον δὲ ἀργαλέος* — *πᾶσι* — 72. *δῶκεν* — *τεύξουσι* — Adscriptum schol: *Τούτῳ δὲ οἱ λαοὶ τῶν ἰδιωτῶν ὄνομα μάγον ἀποδιδόασιν, ὡς μάγον αὐτὸν ἀποτρεπόμενοι. οἵ ἐστι πολλάκις τοῖς τοιούτοις* (?) *οἱ ἰδιῶται, ὑπ' ἄγνοιαν καὶ φθόνον ἀποκτείνουσιν* — 73. *κονιασιν* — *ἀπενθὴς* — Priori voci superscriptum: *κονίαισιν.* 75. *οἴδ' ἀδίδακτοι* — 76. *χήτει* — 77. *θεσπεσίη* — *φαεσιμβροτον* — 78. *θαυμάζοντο* — 79. *ἴσας* — 82. *ἀλλ' ἐμέθεν ὑπισχνοῦμαι κειμήλια ἀπειθομένοισιν* — 83. *ἀφνειοῖο* — 84. *δὲ δείξηται* — 85. *μενοινῆσαι* — 86. *οἰδότες ἐξερεείνοι* — 88. *εὐρύωπα* — *δῶμεν* — 89. *ἀναπνοῦντες* — 90. *ἐφ' ἅρματι.* Post hunc vers. in nostro codice haec inscriptio rubris litteris adpicta: *Ψι: ἡ ὑπόθεσις* — 92. *ἤπερ* — 94. *περίφρονίθοιο δάμαντι* — 98. *στείχοντα* — 99. *ὑπόνευδον* — 101. *ἀγαθὸν* — 102. *ἀνάγουσιν* — 103. *ἀτάρπητον, εἰσοράας* (deest *γὰρ*) — 104. *ἀκρόρειαν.* — 105. Deest *ἀνελθεῖν* — 106. *λεψηρῷ* — 107. *εἵως* — 108. *ὀρεξάμενος δὲ δοκεῦσαι* — 111. *αὖθις* — 112. *ἴον ἀρχὴν* — 113. *ὁρῶντες* — 114. *θεώτερον* — 116. *πετάσοντα γ. πλείω* — 118. *ἀλάληντο* — 119. *περᾶνα στήσαντος* — 120. *φυλάξαι* — 123. *ὀΐσατο* — 124. *εἶναι ἀετὸν.* cum glossa: *ὁ γὰρ φοῖβός με ἠναγκάζετο ἀετὸν καὶ πνοιὴν ἀνέμου γίνεσθαι, τοῦτ' ἔστι ταχύτατον* — 125. *πνοὴν ἀν. παρὰ δὲ π.* — 127. *ἀμφέκανεν* — 128. *ὦρτι* — 130. *τῷ δ' αὖ ἐπὶ τ. α. ἐλαιενὴς* — 131. *ἐξέλιπε* — 132. *ταν* — 134. *εἴλυτο* — 139. *τύπτον* — 140. *ἄκικυν* (in cod. quoque) — 141. *οὐ γὰρ* — 143. *κεκληγότα* — 145. *ἄρ ἔσσυτο* — 147. *λάθοι* — 149. *πτύξας* — 152. *τειτον* — 155. *ἔρχομαι εἰς ἀκρώρειαν ἀγ. χ. ἐστερῶν* — 159. *λασία πτελέησιν ὑπὸ σκιῇ* — 161. *ἀνάβλυζον κελαρίζεθ' ἴκελος* — 166. *ὄλβου. πρὸς μέγα δ' ἅμα φιλ.* Haec sufficiant.

[12]) Num Gemistii Plethonis liber insriptus *διόρθωσις ἐνίων οὐκ ὀρθῶς ὑπὸ Στράβωνος λεγομένων* fuit?

[14]) Cf. Fabric. Bibl. Gr. T. X, pag. 425. s. w.

[15]) Ter hoc opusculum, a Petavio in Uranologio editum, in catalogo nominatur, addita crucis figura, hoc loco, infra nor. 87. et nor. 197.

μιστοῦ περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ. 17) Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως, Βησσαρίωνος, Πλάτωνος, Συνεσίου, Γρηγορίου, Πλουτάρχου, Ἀναχάρσεως, Ἀπολλωνίου ἐπιστολαί. 18) Σιβύλλης ἔπη. 19) Αἱ ἐπιστολαὶ Παύλου καὶ πράξεις τῶν ἀποστόλων μεθ' ἑρμηνείας διαφόρων.

Fol. β'. 20) Θεοφυλάκτου Βουλγαρίας ἑρμηνεία εἰς τὰς ἐπιστολὰς Παύλου. 21) Πρὸς Κωνσταντῖνον βασιλέα τὸν Πωγωνάτον σύνταγμα περὶ τροφῶν ἀνωνύμου τινός. 22) Βίβλος ὀνομαζομένη ἐφόδια τῶν ἀποδημούντων. 23) Διοσκορίδου Ἀναζαρβέως περὶ ὕλης ἰατρικῆς βιβλία πέντε. 24) Γραμματικὴ τοῦ Μοσχοπούλου. Τοῦ αὐτοῦ σχέδη. 25) Αἰσώπου μῦθοι. 26) Ἐρωτήματα τοῦ Μοσχοπούλου. Ἄλλα

---

[16]) Bis hoc opusculum in catalogo invenitur, addita eadem crucis figura, hic et infra nor. 86. Cum Gemistius duas orationes de rebus Peloponnesiacis alteram ad Manuelem imperatorem, alteram ad Theodorum scripserit, quas utrasque Canterus 1575 edidit, utraque in bibliotheca fuisse videtur.

[21]) In cod πωγωνάτον scribitur. Fortasse legendum τὸν πωγωνιάτην.

[25]) Haec Aesopi fabularum collectio mihi versionem earum Latinam a Laurentio Vallensi, elegantissimo scriptore, factam, quam in Codice Bernensi 550 inveni, in memoriam revocat. Cognitum mihi quidem erat ex Fabricii Bibl. Gr. T. I. p. 642. Laurentium Vall. has fabulas in linguam Latinam convertisse; sed quum nunquam eas viderim, non editas eas esse mihi persuasi, donec Hoffmannus (Lexicon bibliograph. Graec. T. I. p. 73) me docuit, editas quidem esse, sed perraro in bibliothecis inveniri. Concessum igitur sit praefationem in codice Bernensi praemissam et unam fabulam, quarum XXXIII adsunt adjicere. „*Facetiae morales Laurentii Vallensis, alias Aesopus Graecus per dictum Laurentium translatus. Incipit feliciter.—Laurentius Vallensis insigni viro Arnoldo Fonelleda salutem. Promiseram nuper, me tibi coturnices, quas ipse venatus essem, missurum. Eas capere ut homo venandi insuetus cum non possem, ad venationem meam, id est ad litteras me converti, et forte ad manus venit libellus Graecus praeda navali tres et triginta Aesopi fabellas continens. Has omnes bidui labore venatus sum. Mitto igitur ad te sive fabellas, sive mavis coturnices, quibus oblectare te possis ac ludere. Etenim si Octavium Marcumque Antonium, orbis terrarum principes ludo corturnicum delectatos accepimus, profecto tu, vir litterarum amantissimus, litterato hoc genere ludendi delectaberis. Et si quis Octaviano aut Antonio pugnacem unquam harum animum dono dedisset, iocundum illis gratumque fecisset; ego quoque tibi iocundus gratusque ero, qui plures triginta eius generis aves dono mitto pugnaces, victrices, et si forte hoc te magis iuvat, etiam pingues. Oblectant enim hae fabellae et alunt nec minus fructus habent, quam floris. Sed ne donum suum laudare insolentis sit, finem faciam. — Tu si coturnices vivas, quam has fabulas malis rescribe; mittam namque non modo coturnices, sed etiam perdices. Ex urbe capta. Kal. Maji. MCCCCXXXVIII.*“ Fabula I: „*Vulpes et caper. Vulpes et caper sitibundi in puteum quendam descenderunt, in quo cum perbibissent circumspicienti reditum capro vulpes ait: Bono animo esto, caper! Excogitavi namque quo pacto uterque reduces simus. Siquidem tu eriges te rectum primoribus pedibus ad*

ἐρωτήματα. 27) *Πολυαίνου στρατηγημάτων βιβλία η'.* 28) *Ἱλαρίωνος μοναχοῦ τοῦ Βεῤῥοναίου λόγος διαλεκτικὸς περὶ τοῦ μυστικοῦ ἄρτου τῶν Ἑλλήνων καὶ ἀζύμων τῶν Λατίνων.* 29) *Γρηγορίου Ναζιανζηνοῦ ἐπη.* 30) *Βασιλείου γνῶμαι δίστιχοι.* 31) *Ἱπποκράτους ἀφορισμοί.*

Pag. 4. 32) *Γαληνοῦ ἐξήγησις εἰς τὸ προγνωστικὸν Ἱπποκράτους.* 33) *Μελετίου μοναχοῦ περὶ φύσεως ἀνθρώπου.* 34) *Περὶ οὔρων, ἀπὸ φωνῆς Θεοφίλου.* 35) *Τοῦ αὐτοῦ σφιγμὴ κάριον.* 36) *Αἰσχύλου τραγῳδίαι σὺν ἑρμηνείᾳ.* 37) *Αἰσχίνου λόγοι κατὰ Κτησιφῶντος καὶ κατὰ Δημοσθένους καὶ κατὰ Δημάρχου.* 38) *Ἀριστοτέλους ἐπιστολὴ εἰς Ὀλυμπιάδα.* 39) *Δίωνος πέντε.* 40) *Διονυσίου σοφιστοῦ τέσ-*

---

parietem admotis, cornuaque adducto ad pectus mento reclinabis, et ego per terga cornuaque tua transiliens et extra puteum evadens, te istinc postea educam. Cujus consilio fidem habente capro, atque ut illa dicebat obtemperante; ipsa a puteo prosiluit ac deinde prae gaudio in margine putei gestiebat exsultabatque nihil de hirco curae habens. Ceterum cum ab hirco ut fidifraga incusaretur, respondit: Enimvero, hirce, si tantum tibi esset sensus in mente, quantum est setarum in mento, non prius in puteum descendisses, quam de reditu exploratum habuisses. Haec fabula innuit; virum prudentem debere finem explorare antequam ad rem agendam veniat.«

[33]) Meletii hoc opusculum non editum, quantum equidem invenire potui, ut aliud opus quod infra nor. 245 nominatur.

[34]) Theophili dictata sunt; nam id significare videtur locutio *ἀπὸ φωνῆς.* cf. Jos. Koppii editionem Damascii Quaestionum de primis principiis p. XV. ubi fragmentum legitur scripti: *Ἑρμηνεία εἰς τοὺς ἀφορισμοὺς Ἱπποκράτους ἀπὸ φωνῆς Δαμασκίου φιλοσόφου.*

[35]) Legendum *σφυγμὴ καρδιῶν* esse videtur. Hic Theophili liber ab Albano Torino latine editus Basil. 1533. sub tit: Philareti de pulsuum scientia libellus.

[38]) Ea epistola erat, quae in graecarum epistolarum editione (Aureliae Allobrog. 1606) p. 316. et fortasse in omnibus harum epistolarum editionibus inscribitur *Φίλιππος Ὀλυμπιάδι.* Fabric. Bibl. Gr. I. p. 683. nullam ab Aristotele, sed unam a Philippo ad Olympiadem scriptam epistolam nominat. In codice Bernensi nor. 579 inscribitur haec epistola *Ἀριστοτέλης Ὀλυμπιάδι* sed priori voc. superscr. a man. sec. *Φίλιππος.* Hanc adnotavi scripturae varietatem, cum codicem cum editione anni 1606 conferrem. Lin. 4. *Ἀριστοτέλης Ὀλυμπιάδι χαίρειν. ἀποδέχομαι τὴν σὴν προνοίαν τοῦ συμφ.* Lin. 7. *ὑμᾶς ἀφροντιστοῦται τοῦ καλοῦ καθ' ὑπερβολὴν ἀναγκάσεις.* — Lin. 11. *μὴ τῷ βίῳ χαρίζεσθαι* — 13. *εὐήθης καὶ τ. φ.* — 14. *γεγενημένων οὖσαν* — *εἴωθε. ὁ* — 15. *μηδενὸς* — 16. *φ. νόμον τὴν φ.* — 18. *τῆς τοῦ βίου* — 19. *καὶ πάντα πράττε* — 20. *ὄκνος περὶ τοῦ βλέπειν τί* — 22. *δ' ἀπαθῶν ὑπάρχει. ἄνευ* — 24. *καθιστᾶσι. διὸ δὴ πρότερον τέ χρὴ τὴν χρῆσιν ἢ τὴν* — 26. *μεγίστοις εὐκληρήμασι. τοῦ γὰρ μὴ κεκτῆσθαι* — 29. *οὕτως* — *ἔχουσα ταῦτα τοίνυν* — 30. *νύκτωρ* — 32. *τῶν ἀρχῶν πλείστην* — ;34. *ἢ οἰκεῖος. ὁ δὲ τούτου σπουδάζων* — *καλλοκαγαθίαν.*

σαρες. 41) Λιβανίου τινές. 42) Αἰσχίνου ἐπιστολαὶ ιζ΄. 43) Βασιλείου, Γρηγορίου καὶ Δίωνος ἄλλαι. 44) Λύσιδος Πυθαγορικοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Ἵππαρχον. 45) Ἀρκτουαρίου βίβλος, τελεία.

Fol. γ΄. 46) Διονυσίου τοῦ περιηγητοῦ τὰ πάντα μεθ' ἑρμηνείας. 47) Γεωργίου λαπίθου Κυπρίου στίχοι πολιτικοί. 48) Λιβανίου σοφιστοῦ λόγοι. 49) Ἀριστοτέλους μετὰ τὰ φυσικὰ καὶ μετέωρα καὶ ἄλλα. 50) Βασιλείου τοῦ μεγάλου ἀσκητικά. 51) Τοῦ αὐτοῦ Βασιλείου ἑρμηνεία εἰς τὸν Ἡσαΐαν. 52) Ἀριστάρχου καὶ ἄλλων τινῶν ἑρμηνεία εἰς Ὀδύσσειαν Ὁμήρου. 53) Παράφρασις εἰς τὴν Ἰλιάδα Ὁμήρου. 54) Ἑρμηνεία διαφόρων εἰς τὸν Ἰώβ. 55) Ἀριστοφάνους καὶ Εὐριπίδου τινά. 56) Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου τινά. 57) Φαλάριδος καὶ Βρούτου καὶ ἄλλων ἐπιστολαί. 58) Ἀῤῥιανοῦ, τοῦ Ἐπικτήτου, διατριβαί. 59) Ἑρμηνεία ἀνωνύμου τινὸς εἰς τὰ ἔπη τοῦ Πυθαγόρου.

Pag. 6. 60. Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἑρμηνεία εἰς τὴν ἑξαήμερον. — 61. Συριανοῦ, εἰς τὰ μετὰ τὰ φυσικά. — 62. Ἡ πεντάτευχος. — 63. Γρηγόριος ὁ θεολόγος. — 64. Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ εἰς τὴν τοῦ Ἀριστοτέλους φυσικήν. — 65. Δαμασκίου φιλοσόφου περὶ πρώτων ἀρχῶν. — 66. Εἰς τετράβιβλον Πτολεμαίου, ἀνωνύμου — 67. Πορφυρίου εἰςαγωγὴ ἀστρολογίας. — 68. Θέωνος Ἀλεξανδρέως εἰς τὸ πρῶτον τῆς Πτολεμαίου μαθηματικῆς. — 69. Πάππου Ἀλεξανδρέως ὑπόμνημα εἰς τὸ ε΄ τῆς συντάξεως περὶ κατασκευῆς ἀστρολάμπου ὀργάνου καὶ ἄλλα τοῦ αὐτοῦ. — Κλεομήδου ἀστρονομία — 70. Ἀράτου φαινόμενα.

---

[45]) Pro Ἀρκτουαρίου legendum Ἀκτουαρίου, et intelligendus esse videtur Joannes Actuarius. Ejus liber de urinis tantae seculo XVI erat auctoritatis, ut novies typis exscriberetur. Vide Hoffmanni bibliograph. Lexic. II. p. 396. Etiam opus Zachariae Arctuarii esse potuit, cuius infra 235. 236. duo scripta nominantur.

[47]) Hic Georgius Cyprius est patriarcha Constantinop. qui sententias collegit, fabulas, epistolas, alia scripsit. Vid. Fabric. Bibl. VIII. p. 57. T. XII. p. 127. Cogmen Λαπίθου i. e. Gloriosi, hoc tantum loco habet.

[50]) Sunt haec ἀσκητικὰ Basilii σύντομος ἐκλογὴ τῶν ἀσκητικῶν διατάξεων edita anno 1578 Romae.

[59]) Hic commentarius in aurea Pythagorae carmina aut idem erat, atque editus Hieroclis, aut commentarius Procli Laodicensis, qui quidem interiit, sed cuius apud Suidam (s. v. Πρόκλος) mentio fit. Tertius certe comm. non innotuit. Cf. Fabricii Bibl. Gr. T. I. p. 795.

[64]) Latine editum est hoc Pselli opus a F. Turrissanio. Venet. 1554.

[66]) Fortasse Procli paraphrasis cum praefatione Melanchthonis edita Basileae. 1554.

[67]) Nondum editum esse videtur hoc opusculum.

[69]) Hic Pappi commentarius ad Ptolemaei magnae syntaxis librum quintum integer non editus. Pro ἀστρολάμπου ὀργάνου legendum ἀστρολαβίου ὀργάνου. — De Cleomedis astronomia vid. ad 71.

Fol. δ'. 71. *Κλεομήδου ἐξήγησις ἐν τοῖς τοῦ οὐρανοῦ σφαιρικοῖς* — 72. *Πλουτάρχου παραλλήλων βίων* — 73. *Πρόκλου Λυκίου Πλατωνικοῦ διαδόχου περὶ τοῦ τίνα χρὴ καὶ πόσα πρὸ τῆς συναναγνώσεως τῆς πολιτείας κεφάλαια διαρθρώσειν τοὺς ὀρθῶς ἐξηγουμένους αὐτήν* — 74. *Ἐξήγησις ἀνώνυμος εἰς τὴν τετράβιβλον Πτολεμαίου* — 75. *Πορφυρίου φιλοσόφου εἰσαγωγὴ εἰς ἀποτελεσματικὴν Πτολεμαίου* — 76. *Παύλου Ἀλεξανδρέως περὶ οἰκοδεσποτείας* — 77. *Θεοφυλάκτου ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας ἑρμηνεία εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον καὶ Ἰωάννην εὐαγγέλιον* — 78. *Ἑρμηνεία τινὸς ἀνωνύμου εἰς τὰ εὐαγγέλια, ἄνευ ἀρχῆς καὶ τέλους* — 79. *Εὐαγγέλιον βασιλικὸν, γράμματα ἐκείνου τοῦ κυρίου Χαρίτωνος, ὡραῖον λίαν.*

Pag. 8. 80) *Βασιλείου τοῦ μεγάλου ὁμιλίαι.* 81) *Ἀσπασίου εἰς ἠθικὰ Ἀριστοτέλους.* 82) *Θεμιστίου παράφρασις εἰς ἀποδεικτικὰ καὶ φυσικὰ καὶ περὶ ψυχῆς, περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως καὶ περὶ μνήμης καὶ ἀναμνήσεως, περὶ ἐνυπνίων καὶ περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς τοῦ Ἀριστοτέλους.* 83) *Δαβὶδ φιλοσόφου ἑρμηνεία εἰς τὰς πέντε φωνὰς Πορφυρίου καὶ εἰς τὰς τοῦ Ἀριστοτέλους δέκα κατηγορίας.* 84) *Ἐξήγησις διαφόρων εἰς τὰς βασιλείας.* 85) *Εὐαγγέλια τὰ τέσσαρα.* 86) + *Γεμιστοῦ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ὑπὲρ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ.* 87) + *Ἰσαὰκ Μοναχοῦ τοῦ Ἀργυροῦ ἡλιακῶν καὶ σεληνιακῶν κύκλων.*

Fol. ἑ. 88. *Περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ περὶ φυτῶν διὰ στίχων ἰαμβικῶν, πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην κύριον Σέργιον.* 89) *Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως ἐκ τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν ἠθικῶν αὐτοῦ προβλημάτων σχόλιον ἐν διαλόγῳ, περὶ τοῦ,*

---

[71]) Cleomedis astronomia et haec *ἐξήγησις* idem opus atque *βιβλία δύο κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων* esse videtur, quae iam edita sunt.

[73]) Procli commentarius nondum editus (*εἰς τὴν Πλάτωνος πολιτείαν*) esse videtur. In codice scribitur *διορθρωσ*...

[74]) Vid. ad 66.

[76]) Paulus scripsit *εἰσαγωγὴν εἰς τὴν ἀποτελεσματικήν.* Ejus de *οἰκοδεσποτείᾳ* scriptum ex hoc codice solo cognitum.

[83]) Commentariorum Davidis excerpta edita sunt e codice Paris. a C. F. Neumanno. Paris. 1829.

[86. 87]) Vide supra ad 15 et 16.

[89]) Editum non est hoc opusculum, sed invenitur in bibliotheca Lugdunensi inter libros Scaligeri (nr. 51.) inscriptum: *Alexandr. Aph. ex primo libro ethicorum eius problematum scholium vel dialogus de fato, an omnia secundum id fiant.* In bibliotheca Paris. publ. cod. MDCCCCXCVI. continet: Alexandri scholium ex ethicorum illius problematum libro. Ibi inquiritur, num fato omnia fiant, nullusque liberae hominis voluntati locus relinquatur. Vid Fabric. Bibl. Gr. T. V. p. 653. ed Harles.

εἰ πάντα γίνοιτο καθ' εἱμαρμένην, ἀναιρεῖσθαι τὸ δυνατόν τε καὶ ἐνδεχόμενον. 90) *'Αθανασίου τοῦ μεγάλου, ἀρχιεπισκόπου 'Αλεξανδρείας, διάλογος ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ πρὸς Ἄρειον τὸν δυσσεβῆ.* 91) *Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πρὸς Σεραπίωνα ἐπίσκοπον.* 92) *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς 'Αμμοῦν μονάζοντα.* 93) *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ἐνάτης ἑορταστικῆς ἐπιστολῆς.* 94) *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς 'Ρουφιανὸν ἐπίσκοπον.*

Pag. 10. 95) *Κανόνες τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας καὶ Καππαδοκίας, πρὸς 'Αμφιλόχιον, ἐπίσκοπον 'Ικονίου.* 96) *'Ερμηνεία εἰς τοὺς αὐτοὺς κανόνας τοῦ Ζωναρᾶ.* 97) *Τοῦ αὐτοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐκ τοῦ κζ' κεφαλαίου τῶν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πρὸς τὸν μακάριον 'Αμφιλόχιον.* 98) *Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολαὶ δογματικαὶ κϛ' πρὸς 'Αμφιλόχιον.* 99) *Τοῦ μεγάλου 'Αθανασίου ὁμολογία τῆς καθολικῆς πίστεως, ἣν ἔδωκε πρὸς 'Ιούλιον πάπαν 'Ρώμης.* 100) *Τοῦ αὐτοῦ διάλογος πρὸς Μανιχαίους.* 101) *'Ερμηνεία διαφόρων διδασκάλων εἰς τὸ καθ' 'Ιωάννην ἅγιον εὐαγγέλιον.* 102) *Λεξικὸν τοῦ ἁγίου 'Ιωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ.*

---

[98]) Editae quidem sunt tres epistolae canonicae ad Amphilochium (Fabric. Bibliotheca Gr. T. IX. p. 52. ed Harl.) et aliae, sed 26 dogmaticae typis exscriptae non sunt, quantum equidem scio.

[102]) Etiam codex Bernensis 288, scriptus in charta bombycina Lexicon Joannis Damasceni continet, sed nomen *'Ιωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ* a manu recentiore margini adpictum est. Incipit verbis: *ἄαπτος. ὁ ἀπροσπέλαστος, παρὰ τὸ ἅπτω, ἁπτὸς καὶ ἄαπτος, οὗ οὐκ ἄν τις ἅψαιτο, ἵν' ᾖ ἀπρόσιτος. ἢ ὁ ἄγαν ἁπτόμενος, ἐπιτάσει τοῦ ᾱ. Ἄατος. ἀβλαβής, ἄτη γὰρ ἡ βλάβη. ἢ καὶ ὁ χαλαιπὸς* (leg. *χαλεπὸς*) *καὶ ὁ βλαβερὸς, ἐπιτάσει τοῦ α. οὕτως μεθόδιος. ἢ παρὰ τὸ ἄω, τὸ βλάπτω, ἄσω, ἄτος καὶ ἄατος*, et sic porro. Est omnio Zonarae Lexicon (cf Fabricii Bibl. Gr. T. IX. p. 739.) et maxime cum apographo Kulenkampii, quo Tittmann in adornanda editione sua usus est, convenit. Glossa *ἄβιος* v. c. in nostro codice eadem, qua in illo apographo explicatione addita, sic legitur: *Ἄβιος, ὁ πολὺν βίον ἔχων. οὕτως ἀντιφῶν, ὥσπερ καὶ ὁμωρὸς* (leg. *ὅμηρος*) *τὸ ἄξυλον.* Voc. *'Αβλεμέως* sic explicatur: *παρὰ τὸ μέλλειν, ἀμελέως καὶ ὑπερθέσει ἀλεμέως καὶ πλεονασμῷ τοῦ β, ἀβλεμέως, ἀντὶ τοῦ ἀφροντίστως.* Pag. 35. ed. Tittm. glossa *ἀγελατεῖν* sic scripta est: *'Αγιλατεῖν. διώκειν, φυγαδεύειν, ἐπιτάττειν. 'Ηρόδοτος ἀντὶ τοῦ ὑβρίζειν. ἐὰν δασύνῃς* etc. ut apud Tittmannum. Nonnunquam plures et diligentius scriptae glossae, quam quae in apographo Kulenkampii inveniuntur, in codice Bernensi sunt appositae. Post glossam *ἀβίωτον βίον* (p. 7. Tittm.) legitur altera glossa de voce *ἀββᾶς* scripta hoc modo: *ἀββᾶς. ὁ γέρων, ὁ πατήρ. ἑβραϊκὴ ἡ λέξις. καὶ ὁ ἀπόστολος. ἐν ᾧ κράζομεν, ἀββᾶ ὁ πατήρ, λέγομεν γὰρ πατὴρ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Prior glossa de voce *ἀββᾶς* (p. 2. Tittm.) haec in codice nostro est: *'Αββᾶς ὁ γέρων, ὁ πατήρ.* Glossa *ἀγαυρός* alio modo, quam in apographo

Fol. ϛ'. 103) *Τοῦ σοφωτάτου κυροῦ Γεωργίου τοῦ Γεμιστοῦ περὶ ἀρετῶν.* 104) *Λέοντος, ἐν Χριστῷ βασιλεῖ αἰωνίῳ εὐσεβοῦς βασιλέως, τῆς ἐν ὅλοις βιβλίοις ξ'*

Kulenkampii in codice Bern. legitur: *Ἀγαυρός, ὑπερήφανος. παρὰ τὸ ἀπὸ τῆς γῆς αἴρεσθαι, ἢ παρὰ τὸ γαίω, τὸ γαυριῶ, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀγη, ὃ σημαίνει τὴν ἔκπληξιν, γίνεται ἄγηρος καὶ ἀγαυρός.* Inde a v. *Ἄγροικος* usque ad v. *Ἀγυιεύς* glossae differunt ab iis, quas Tittmann (p. 20. 21.) edidit, et hoc modo scriptae sunt. *Ἄγροικος. ὀργίλος, φιλόδικος, ἀκρόχολος, εἰς ὀργὴν εὔκολος. Ἀριστοφάνης. νῷν γάρ ἐστιν δεσπότης ἄγροικος ὀργὴν* (Aristophan. Equit. 41.) — *Ἀροίτης* (leg. *Ἀγροίτης*). *ὁ ἀργός. ἀγροιώτης, ὁ γεωργικὸς λαὸς ὁ ἐν ἀγορᾷ. ἀγροιῶτα τῷ δὲ μονοστορθυγγι πριηπως.* (Voc. *Ἀγυιαί* deest in cod.) — *Ἀγυιᾶς. ἔνιοι μὲν ὀξύνουσι, βέλτιον δὲ περισπᾶν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀγυιέας.* — *Ἀγιεύς* (leg. *Ἀγυιεύς*) *κίων. κίων εἰς ὀξὺ λήγων, ὃν ἱστᾶσι πρὸ τῶν αὐλείων θυρῶν. ἱερὸν δέ φασιν αὐτὸν εἶναι ἀπόλλωνα, οἱ δὲ διόνυσον.* Etiam aliae glossae valde ab editione Tittmanni differunt, quarum tria exempla proponere volo: *Ἁγνεία. καθαρότης ἐλευθέρα, ἢ περιτήρησις παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος.* — *Ἄγλυθες. αἱ κεφαλαὶ τῶν σκορόδων. Ἀριστοφάνης. ὡς ἀρουραῖοι μύες ὀρέσσεται* (leg. *ὀρύσσετε*) *πασσάλωτος* (leg. *πασσάλῳ τὰς*) *ἄγλυθας* (Aristophan. Acharn. 763.). — *Ἀείδελον. ἀφανές. εἴδω γὰρ γινώσκω, ᾧ ἀντιπαράκειται οἶδα. γράφεται εἴδελος, ὡς πέμπω, πέμπελος, καὶ ἐν συνθέσει ἀείδελος, ὡς ὁ Ἡσίοδος περὶ Αὐτολύκου. ὅττι κε χερσὶ λάβεσκεν ἀείδελα πάντα τίθεσκεν* (vid. Goettling. ad Hesiod. pag. 221.). — Post v. *ἀδύτῳ* glossa *Ἀδραστίδης* deest, et haec glossa, quae in edit. Tittmanni non invenitur, eius loco scripta est: *Ἀδινᾶ. παρὰ τὸ ἄδην, ὃ σημαίνει τὸ πλῆρες ἢ τὸ ἀδιαλείπτως, γέγονεν ἀδινὸς τὸ θηλὺ ἀδινὴ καὶ ἀδινῶν καὶ ἀδινάων. τὸ δὲ ῑ διὰ τί; τὰ εἰς ος ὀξύτονα ἀπὸ ἐπιῤῥημάτων γινόμενα διὰ τοῦ ῑ γράφεται, οἷον πύκα, πυκινός, ἄδην, ἀδινός.* Sed haec, quae hoc seu Damasceni seu Zonarae lexicon propria habet, sufficiant; alio loco ex professo de eo agam. — Inde a folio 273 in exemplari Bernensi Pselli versus politici de grammatica sequuntur, a Boissonadio ex codd. Parisin. editi (Anecdota. T. III. p. 200 — 228), qui versus in codice Bern. inscribuntur: *Τοῦ μακαριωτάτου ὑπερτίμου προέδρου τῶν φιλοσόφων κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ στίχοι πολιτικοὶ πρὸς τὸν βασιλέα κυριν* (sic sine accentu) *Κωνσταντῖνον τὸν μονόμαχον περὶ τῆς γραμματικῆς.* His versibus Theodori Prodromi scriptum folio 278. subjicitur, hoc modo inscriptum: *Ἕτερα θεοδώρου τοῦ προδρόμου περὶ πνευμάτων*, et verbis incipiens: *Ἰστέον ὅτι τὸ ᾱ δασύνεται ἐν λέξεσι τοιαύταις. Ἅπαξ, ἁπλῶς, ἅγιος, ἅπας, ἁπαξάδες, ἅλας, ἁλιεύς.* Hoc specimen nunc sufficiat:

> *ἱμὰς ὁ λῶρος λέγεται καὶ κλίνεται ἱμάντος,*
> *καὶ σὺν αὐτοῖς δασύνεται τοῖς ὄπισθεν γραφεῖσι:*
> *ἱμείρω τὸ ἐπιθυμῶ, καὶ ἱμερτὸν τὸ πνεῦμα.*
> *Ἴβηρος ὁ ὁμόπιστος, ἶρις αὐτὸ τὸ τόξον,*
> *ἴλλος ὁ ὀφθαλμός ἐστι, ἰξὸς τὸ τῶν στρουθίων,*
> *καὶ πάλιν ἰνοκέντιος, ταῦτα πάντα ψιλοῦται.*

Folium 281 finem Lexici continet et ultima verba haec sunt: *ὤψαν. εἶδος ὀσπρίον.* (pro quo apud Tittmann: *ὤψαν, εἶδον, ἔβλεψαν*). *ὠψισμένον. βραδέως γινόμενον. ὠψίσθη. ἐβράδυνεν. ὠψωνηκότες. ὀψωνήσαντες δὲ μικρόν.*

πάσης νομοθεσίας πραγματευομένης αὐτῷ παραλλήλου συναγωγῆς καὶ συντάξεως. 105) Προκοπίου σοφιστοῦ, Γρηγορίου τοῦ Νύσης, Βασιλείου τοῦ μεγάλου, Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, Εὐαγρίου, Διδύμου, Νείλου καὶ ἄλλων πολλῶν ἑρμηνεία εἰς τὰ τοῦ Σολομῶνος τέσσαρα βιβλία. 106) Ἀριστοτέλους πολιτικῶν βιβλία γ'. 107) Πραξαπόστολος. 108) Τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐπιστολαὶ τκ'. 109) Τετραευάγγελον.

Pag. 12. 110) Τοῦ Μανασῆ χρονικόν. 111) Ὁ Βαρλαάμ. 112) Μουσικῆς βιβλίον καὶ γραμματικῆς. 113) Βοετίου ποιητικὰ μεθ' ὡραίας ἑρμηνείας. 114) Ὁμήρου γένος διὰ στίχων πολιτικῶν καὶ ῥαψῳδίαι τινές. 115) Τετραευάγγελον καὶ πραξαπόστολος. 116) Ὀριγένους φιλοκαλία. 117) Τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἑξαήμερος. 118) Γρηγορίου Νύσης εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευήν. 119) Ἀνδρέου, ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας, ἑρμηνεία εἰς τὴν ἀποκάλυψιν Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ. 120) Λουκιανοῦ λόγοι, ἤγουν διάλογοι. 121) Βιβλίον ἐκκλησιαστικόν.

Pag. 13. 122) Νικήτα, μητροπολίτου Ἡρακλείας, ἑρμηνεία εἰς τὸν θεολόγον. 123) Αἱ τοῦ Χρυσοστόμου ὁμιλίαι. 124) Ἑρμηνεία διαφόρων διδασκάλων εἰς τὰ τέσσαρα εὐαγγέλια. 125) Ἑρμηνεία διαφόρων εἰς τὸν ψαλτῆρα. 126) Ἡ περίφημος βίβλος τοῦ Χρυσοστόμου, ἤγουν οἱ μαργαρῖται. 127) Λόγοι Ἐφραὶμ τοῦ Σύρου. 128) Λέοντος, δεσπότου Ῥωμαίων, τακτικὰ καὶ πολεμικά. 129) Ἀσκληπιοδότου κε-

---

[103]) In codice *κυροῦ* scribitur, quod sine dubio significat *κύριον*, dominum. Cum etiam in aliis codicibus Ms. Bernensibus hanc formam, ut aliam *κῦρ* invenerim, nihil mutandum esse putavi. Vide supra ad 102.

[104]) Num legendum *συναγωγὴ καὶ σύνταξις*;

[105]) In codice scribitur *εἰς τὰ τοῦ Πολομῶνος*. Incertus diu eram, quis hic Polomo fuisset, in cuius quatuor libros tot viri commentarios scripsissent. Suidas facem mihi praetulit s. v. *Εὐάγριος* narrans, hunc virum *ὑπόμνημα εἰς τὰς παροιμίας Σολομῶντος* scripsisse. Gregorius Nyssenus quoque ut ecclesiasten ita et proverbia Salomonis interpretatus est. Cf. Fabric. Bibl. Gr. T. IX. p. 236. 105. 126. Scribendum est igitur *Σολομῶνος*.

[111]) Editus a Boissonadio in Anecd. T. IV. p. 1. sq.

[113]) Quae illa poëtica opera Graeca sive Boëtii, sive Boëthii fuerint, incertum est; num carmina eius a Maximo Plan. in Graecam linguam conversa, quae edidit C. F. Weber. 1831?

[126]) Qui sint Chrysostomi *μαργαρῖται* mihi incognitum.

[129]) Asclepiodoti libri nondum editi argumentum ex codice tacticorum Bernensi adscribere volo. Hic liber Florentino ex codice, ut me Dr. Otto Jahn, Kilonianus, docuit, descriptus est, sed nescio, utrum etiam singulorum librorum argumenta, quae in nostro codice praemissa sunt, in Florentino inveniantur. Argumentum Asclepiodotei libri hoc est secundum nostrum codicem: »*Asclepiodoti liber unus de acie instruenda. De varietate phalangis cap. 1. De numero et nuncupatione par-*

φάλαια τακτικά. 130) Οὐρβικίου τακτικὰ στρατηγικά. 131) Ἀῤῥιανοῦ τέχνη τακτική. 132) Ἀθηναίου περὶ μηχανημάτων πρὸς Μάρκελλον.

---

tium exercitus. cap. 2. De generali et particulari instructione aciei. cap. 3. De intervallis pugnantium. cap. 4. De symmetria armorum et specie. cap. 5. De levis armaturae et peltatis militibus et de ordine partium et earum nuncupatione. cap. 6. De exercitu equestri et eius totius et particulari appellatione. cap. 7. De curribus. cap. 8. De elephante. cap. 9. De appellationibus communibus secundum modum. cap. 10. De formis acierum in itinere faciendo servandis. cap. 11. De imperiis, quae fiunt pro ratione motuum. cap. 12.

[130]) Inscriptio ipsa indicat hunc librum non ἐπιτήδευμα illud Urbicii, quod Rigaltius edidit (Paris. a. 1598 vel 1600.), sed majus scriptum continuisse. In Bernensi tacticorum codice excerpta ex aliquo Urbicii opere inveniuntur, quae h. l. apponam: *Urbitii libri tredecim de re militari. Capita primi libri: Quomodo exercere (exerceri) oportet singulos in exercitationibus. cap. 1. Quomodo armandus sit eques. cap. 2. De variis nominibus exercitus, praefectorum et militum. cap. 3. Quomodo exercitus sit dividendus. cap. 4. Quinam sint deligendi belli principes. cap. 5. De legibus militaribus. cap. 6. Quomodo iter facere debet exercitus. cap. 7. Libri secundi capita: Quomodo utile et necessarium sit exercitum in duas acies dividi. cap. 1. De distributione ordinum. cap. 2. De cursoribus et defensoribus. cap. 3. Quomodo repugnandum sit insidiis hostium, quae fiant aut a tergo, aut a lateribus. cap. 4. Quanta debet esse altitudo acierum. cap. 5. De contuberniis. cap. 6. De deputatis. cap. 7. De vexilliferis. cap. 8. De exploratoribus. cap. 9. De mensoribus et antecessoribus. cap. 10. De intervallis, quibus armati inter se distant, tum in longum tum in altum. cap. 11. De custodia ordinum. cap. 12. In quo loco debet esse militum praefectus. cap. 13. De voce, quae editur, dum pugna committitur. cap. 14. Libri tertii capita: De positione acierum et instructione capita novem. De ordinum exercitatione. cap. 10. De mandatis universalibus. cap. 11. De mandatis, quae dantur iis, qui sunt in prima acie. cap. 12. De mandatis, quae dantur custodibus laterum. cap. 13. De mandatis, quae dantur secundae aciei. cap. 14. De mandatis, quae dantur insidiantibus. cap. 15. Libri quarti capita: De insidiis et fraude in hostes potentiores. cap. 1. De Scythicis insidiis. cap. 2. De insidiis, quae fiunt utrinque. cap. 3. Quo tempore insidiae faciendae sunt. cap. 4. Quomodo instruendi ii, qui proficiscuntur ad insidiandum. cap. 5. Liber quintus totus est de tractatione impedimentorum. Libri sexti capita: De ratione exercitationis Scythicae. cap. 1. De modo Alanicae exercitationis. cap. 2. De Africanae exercitationis modo. cap. 3. De Italica exercitatione. cap. 4. Quomodo exercendi laterum custodes. cap. 5. Libri septimi capita: De officiis ducis exercitus. cap. 1. Quid imperatori considerandum, antequam pugnam committat. cap. 2. De constituendis contuberniis. cap. 3. Quomodo res hostium accurate inquirendae sint. cap. 4. Quemadmodum orationibus exercitus promptus ad pugnam efficiatur. cap. 5. Quomodo sit utendum exploratoribus hostium captis. cap. 6. Quomodo dux exercitus dissimulare debeat militum delicta, cum pugna instat. cap. 7. De sumtibus militum et equorum et castrorum. cap. 8. Qua ratione sit consultandum cum tribunis militum de loco pugnae. cap. 9. De aquatione equorum. cap. 10. Quae*

Pag. 14. 133) *Βίτωνος κατασκευαὶ πολεμικῶν ὀργάνων καὶ καταπελτικῶν.* 134) *῞Ηρωνος χειροβαλίστρας κατασκευὴ καὶ συμμετρίας* (leg. *συμμετρία*). 135) *῞Ηρω-*

---

cibaria miles ferre debeat proficiscens ad conserendam pugnam. cap. 11. *Si pugnam commissuri simus cum potente hoste et exercitus metuat, qua ratione sit tractandus miles noster. cap.* 12. *Quomodo cum iter facimus per loca angusta, si repente ab hostibus invademur, sit resistendum. cap.* 13. *De castris et sumtu equorum. cap.* 14. *Quomodo tempore pugnae hostium spolia negligenda sint. cap.* 15. *Quid faciendum de his, quos habes eiusdem nationis, cuius sunt hostes. cap.* 16. *Libri octavi capita: Ut non multum laborare dux exercitus debeat die ante pugnam. cap.* 1. *De sagittariis hostium. cap.* 2. *Non est conserendum cum hoste, priusquam eius consilium intellexeris. cap.* 3. *Quomodo hostibus exercitum nostrum maiorem aut minorem, quam sit repraesentare possimus. cap.* 4 *Quomodo milites sint aptandi pro varietate hostilium impetuum, et de loco in locum transferendi. cap.* 5. *De vulneratis militibus. cap.* 6. *Quomodo, si hostium exercitus sit magnus, non sit ostendendus militibus nostris, et qua ratione, si militibus nostris magnus videatur, iis persuadere poterimus, esse parvum. cap.* 7. *Qua ratione impedire possimus, ne hostes prospicere possint aciei nostrae instructae ordinem. cap.* 8. *De custodia castrorum. cap.* 9. *De ratione commeatuum. cap.* 10. *Qua ratione pugnarum offensiones reparari possint, et miles noster iam abiectus erigi possit. cap.* 11. *Qua ratione sit occultanda secunda acies, quae non potest a tergo primae sequi, ut una duae videantur. cap.* 12. *Quomodo ante pugnam non appareat armorum splendor. cap.* 13. *De capitibus, quae dari debeant unicuique militum ductori. Libri novi capita: De universalibus ducis edictis. cap.* 1. *Sententiae bellicae. cap.* 2. *De impetibus hostium repentinis. cap.* 3. *De nocturnis impetibus. cap.* 4. *Quomodo invadendus sit ager hostium, et quomodo tuto per ipsum iter fieri possit et praedae fieri sine nocumento. cap.* 5. *Libri decimi capita: De transitu locorum angustorum et transitu difficilium. Cap.* (quinque). *Quomodo sint hostes explorandi, et quomodo hostium exploratores deprehendi possint. cap.* 6. *Quomodo hostium munimenta sint obsidenda. cap.* 7. *Quomodo hostibus agrum nostrum invadentibus sit resistendum. cap.* 8. *Quomodo is, qui longam obsidionem exspectat, se gerere debeat. cap.* 9. *Quomodo in finibus munimenta sine publico bello construi possint. cap.* 10. *Libri undecimi capita. Quomodo pugnandum sit cum Persis. cap.* 1. *Qua ratione sit pugnandum cum Scythis. cap.* 2. *Quomodo sit pugnandum cum Gallis et Germanis. cap.* 3. *Quomodo sit pugnandum cum aliis barbaris capita aliquot. Liber duodecimus totus est de acie instruenda. Libri tredecimi capita: Quomodo pedites transire debeant loca angusta et difficilia transitu. cap.* 1. *Quomodo sit fluvius transeundus etiam hostibus resistentibus. cap.* 2. *Quomodo castrametandum sit. cap.* 3. *In quibus rebus curam gerere debeat imperator de peditibus die pugnae. cap.* 4. *Quomodo venationem exercere milites possint sine damno. cap.* 5. *De exploratoribus rursum. cap.* 6. *Duo cavere debet imperator die pugnae. cap.* 7. *De hostibus nostrum agrum invadentibus. cap.* 8. *Rursus quomodo loca praecipitia et flumina traiici possint. cap.* 9.

[133]) Bitonis opus a Thevenoto editum est sub titulo: *κατασκευαὶ πολεμικῶν ὀργάνων καταπελτικῶν.* In nostro codice *καὶ* superfluum est.

νος Κτησιβίου βελοποιϊκά. 136) *Ἀπολλοδώρου πολιορκητικά.* 137) *Ἐκ τῶν Φίλωνος βελοποιϊκῶν λόγοι δ' καὶ ὁ πέμπτος.* 138) *Λόγος πῶς δεῖ πολεμεῖν τὸν στρατηγόν.* 139) *Διοφάντου Ἀλεξανδρέως ἀριθμητικὰ μετ' ἐξηγήσεως τοῦ Πλανούδου.* 140) *Θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς.* 141) *Κλήμεντος τοῦ στρωματέως ἑρμηνεία εἰς ῥητά τινα εὐαγγελικά.*

Pag. 15. 142) *Ἑρμηνεία ἀνωνύμου εἰς τοὺς σοφιστικοὺς ἐλέγχους.* 143) *Πρόκλου Πλατωνικοῦ διαδόχου εἰς τὸν τοῦ Πλάτωνος Παρμενίδην βιβλία ζ'.* 144) *Ἑρμηνεία εἰς τοὺς κανόνας τῆς ἐν Καρθαγένῃ ἁγίας συνόδου, τοῦ Ζωναρᾶ.* 145) *Τοῦ αὐτοῦ ἑρμηνεία εἰς τοὺς κανόνας τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ ἁγίας συνόδου.* 146) *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου κανόνας.* 147) *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς τῆς ἐν Γάγγρᾳ συνόδου.* 148) *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου.* 149) *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς τῆς Οἰκουμενικῆς ἑβδόμης ἁγίας συνόδου κανόνας.* 150) *Τοῦ μεγάλου πατρὸς Γρηγορίου τοῦ Νύσης τὰ πάντα.* 151) *Τῆς ἁγίας καὶ Οἰκουμενικῆς τρίτης συνόδου τὰ πρακτικά.*

Pag. 16. 152) *Θεοδωρίτου περὶ ὕλης τοῦ κόσμου.* 153) *Τοῦ αὐτοῦ περὶ ψυχῆς καὶ ἄλλα τινά.* 154) *Μάρκου, τοῦ ἁγιωτάτου μητροπολίτου Ἐφέσου, τίνι τρόπῳ ἐδέξατο τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξίωμα, καὶ δήλωσις τῆς ἐν Φλωρεντίᾳ γενομένης ὀγδόης*

---

[136]) Apollodori Poliorcetica edita sunt. In codice Bernensi tacticorum liber Apoll. de re militari nominatur, eiusque argumentum Latina lingua proponitur hoc modo: » *Apollodori de re militari libri XXI. De apparatu belli liber unus. Liber secundus, qualem oportet esse ducem exercitus. Liber tertius de divisione exercitus et nominibus praefectorum. Liber quartus, quomodo consultandum sit. Liber* 5. *de armis. Liber* 6. *de armatura equitum et peditum. Liber* 7. *de exercitatione equestri et pedestri. De poenis militaribus lib.* 8. *Quomodo iter facere debet exercitus liber* 9. *De impedimentis liber* 10. *De castrorum metatione liber* 11. *De praeparatione belli liber* 12. *Quid faciendum die ipso ante pugnam lib.* 13. *De iis quae facienda in ipso proelio iam commisso lib.* 14. *De iis, quae facienda sunt post pugnam lib.* 15. *De exercitatione variarum gentium lib.* 16. *De sententiis et consiliis bellicis lib.* 17. *De repentinis impetibus lib.* 18. *De obsidione urbium lib.* 19. *De pugnis navalibus lib.* 20. *Quomodo pugnandum contra barbaros lib.* 21.« De his tacticorum Graecorum excerptis decernendum Dr. Friderico Hasio, Magdeburgensi, relinquo, qui tacticorum opera editurus Lutetiana aliisque bibliothecis usus et nunc in patriam reversus est.

[137]) Philonis Byzantini opus, inscriptum *βελοποιϊκά*, quinque libris constabat, quorum quartum et quintum Thevenotus edidit. In Boëstallerii bibliotheca duo codices, quorum alter quatuor priores libros, alter quintum continebat, fuisse videntur.

[139]) Commentarii Maximi Planudis latine in duos tantum libros Diophanti arithmeticarum rerum editi sunt a Xylandro. Basil. 1575.

συνόδου. 155) *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τοὺς Καρδηναλίους καὶ ἄλλους διδασκάλους, πρὸς τὸ ἐν αὐτοῖς δοξαζόμενον καθαρτήριον πῦρ.* 156) *Γρηγορίου τοῦ θεολόγου τετράστιχα μεθ' ἑρμηνείας Δαβὶδ φιλοσόφου.* 157) *Τῆς ἁγίας καὶ Οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου τὰ πρακτικά.* 158) *Νικηφόρου τοῦ Ξανθοπούλου ἑρμηνεία εἰς τὸν ψαλτῆρα.*

Pag. 17. 159) *Αὐτολύκου περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων πρῶτον.* 160) *Πλωτίνου τινά.* 161) *Ἀριστείδου Κοϊντιλιανοῦ περὶ μουσικῆς.* 162) *Μανουὴλ Βρυενίου ἁρμονικῶν.* 163) + *Δαβὶδ φιλοσόφου ἑρμηνεία εἰς τὰς τοῦ Ἀριστοτέλους κατηγορίας.* 164) *Πρόκλου Πλατωνικοῦ διαδόχου εἰς τὴν Πλάτωνος θεολογίαν.* 165) *Τοῦ αὐτοῦ θεολογικῆς στοιχειώσεως.* 166) *Ἑρμείου φιλοσόφου εἰς τὸν Πλάτωνος Φαῖδρον βιβλία τρία.* 167) *Ἑρμείου τοῦ αὐτοῦ εἰς Φαῖδρον βιβλίον ά.* 168) *Πλάτωνος ἅπαντα.* 169) *Περὶ προπαρασκευῆς εὐαγγελικῆς.* 170) *Ἀριστάρχου γραμματική.*

Pag. 18. 171) *Ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾶ ἐξήγησις εἰς τοὺς κανόνας Γρηγορίου τοῦ Νύσης.* 172) *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς κανόνας Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας.* 173) *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς κανόνας Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας.* 174) *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς κανόνας Τιμοθέου Ἀλεξανδρείας.* 175) *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς κανόνας Διονυσίου Ἀλεξανδρείας.* 176) *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς κανόνας Πέτρου Ἀλεξανδρείας.* 177) *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς κανόνας Γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ.* 178) *Ἕνωσις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας γεγονυίας παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ.* 179) *Τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, πατριάρχου Ἀλεξανδρείας, περὶ πλείστων καὶ ἀναγκαίων ζητημάτων πρὸς τὸν βασιλέα Ἀντίοχον.* 180) *Τοῦ μεγάλου Κυρίλλου, πατριάρχου Ἀλεξανδρείας . . .*

Pag. 19. 181) *Πρόκλου διαδόχου ὑποτύπωσις ἀστρονομικῶν ὑποθέσεων.* 182) *Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα, Νικάνδρου θηριακά.* 183) *Πινδάρου τὰ πάντα.* 184) *Ἑρμηνεία Ἰσαακίου τοῦ Τζέτζου εἰς τὰ Ἀράτου, Λυκόφρονος, Πινδάρου, Νικάνδρου, καὶ εἰς τὴν Ὀδύσσειαν.* 185) *Ἰσοκράτους, Λυσίου, Πλουτάρχου, Πλάτωνος, Ἀριστοτέλους, Ἀπολλωνίου Τυανέως, Κέβητος, Ὥρου Ἀπόλλωνος, Νικηφόρου Γρηγορᾶ, Γεωργίου τοῦ Γεμιστοῦ, Θεοφράστου καὶ ἕτερα.* 186) *Νικομάχου τοῦ Γερασηνοῦ*

---

[156]) Non illa Gregorii Nazianz. carmina fuisse videntur, quae Fr. Jacobs edidit in octavo anthologiae Graecae libro; nam inter illa multa sunt disticha et hexasticha, haec vero maxima certe ex parte tetrasticha erant.

[163]) Haec Davidis interpretatio a C. F. Neumanno e codd. Paris. edita et in *Novo diario Asiat.* Vol. I. et separatim. Paris. 1829.

[184]) Commentarii Tzetzae in Homeri Odysseam, Pindarum, Aratum et Nicandrum scripti non editi sunt.

[185]) Collectio parvorum operum varii argumenti fuisse videtur, quae uno continebatur volumine.

ἀριθμητικά. 187) *Εὐκλείδου γεωμέτρου στοιχεῖα ί, ἐκ τῆς ἐκδόσεως Θέωνος.* 188) *Βιβλίον ἐκκλησιαστικόν.* 189) *Ἀριστοτέλους κατηγοριῶν καὶ τοπικῶν.* 190) *Φωτίου περὶ εἰδῶν καὶ γενῶν.*

Pag. 20. 191) *Συνεσίου περὶ βασιλείας εἰς Ἀρκάδιον.* 192) *Τοῦ αὐτοῦ περὶ Δίωνος βίου καὶ περὶ προνοίας.* 193) + *Ἰσαὰκ Ἀργυροῦ μέθοδος λογικωτέρα τῶν ἡλιακῶν καὶ σεληνιακῶν κύκλων καὶ τῶν τούτοις ἑπομένων.* 194) *Βιβλίον ἰατρικὸν, θεραπεῖαι διάφοροι ἐν συνόψει καὶ ἕτερα πολλά.* 195) *Ἀετίου βιβλία ή.* 196) *Σύνοψις τῶν τριῶν βιβλίων Ὀρειβασίου, λέγω δὴ τῆς πρὸς Ἰουλιανὸν καὶ πρὸς Εὐστάθιον καὶ τῶν θεραπευτικῶν βιβλίων, Γαληνοῦ καὶ Ἀρχιγένους καὶ Ῥούφου καὶ ἑτέρων τινῶν ἀρχαίων ἐπισήμων, Γαληνοῦ πρὸς Πίσωνα περὶ θηριακῆς, Πεδακίου Διοσκορίδου Ἀναζαρβέως περὶ ὕλης ἰατρικῆς βιβλία ζ΄.* 197) *Συριανοῦ εἰς τὰ μετὰ τὰ φυσικά. Πλωτίνου τινά.* — 198) *Ἰωάννου Ἀλεξανδρέως κατὰ τῶν τοῦ Πρόκλου ιη΄ ἐπιχειρημάτων.* 199) *Ἕτερον βιβλίον Διοσκορίδου Ἀναζαρβέως.*

Pag. 21. 200) *Θεογονία καὶ ἀσπὶς Ἡσιόδου.* — 201) *Ἐπιστολαὶ Φαλάριδος καὶ Βρούτου καὶ Ἀπολλωνίου Τυανέως.* 202) *Περὶ τῶν πέντε διαλέκτων, πόθεν καὶ ἐκ τίνων αἱ διάλεκτοι.* 203) *Ἡρωδιανοῦ περὶ ἐγκλινομένων καὶ ἐγκλιτικῶν καὶ συγεκκλιτικῶν μορίων.* 204) *Τῆς Οἰκουμενικῆς πρώτης συνόδου τὰ πρακτικά.* 205) *Πρόκλου Πλατωνικοῦ διαδόχου εἰς τὰ δ΄ στοιχεῖα Εὐκλείδου.* 206) *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ Εὐκλείδου κατοπτρικά.* 207) *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ Εὐκλείδου φαινόμενα.* 208) *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ πρὸ τῶν Εὐκλείδου ὀπτικῶν.* 209) *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ Εὐκλείδου δεδομένα.* 210) *Μοσχίωνος περὶ γυναικείων παθῶν.*

---

[190]) Neque inter edita neque inter inedita opera Photii hoc scriptum in Fabricii Biblioth. Gr. T. XI. init. nominatur.

[192]) Nisi forte Synesii opus *de Dionis vita* idem erat, quod *Δίων ἢ περὶ τῆς καθ᾽ ἑαυτὸν διαγωγῆς* inscribitur (vid. Fabric. B. G. IX. p. 193), non editum est.

[197]) Hi Syriani commentarii Graece non editi sunt, sed Latinam versionem nonnullorum librorum Bagolini publicavit Ven. 1558, 4. In secundo titulo Plotini operum *Π* omissum, quia scriba sine dubio hanc litteram rubro vel auro in exemplari, ex quo titulus descriptus est, pingere voluit.

[205]) Procli comment. in Euclidis elementorum librum primum editus Basil. 1533. Commentarius, qui in Boëstallerii bibliotheca erat, de quatuor libris egit.

[206. 207. 209]) Hi commentarii inediti a Fabricio in Bibliotheca Graeca T. IX. p. 426. inter Procli opera perdita non nominantur, eorumque notitiam huic nostro codici tantum debemus.

[208]) Non editi sunt hi commentarii. Quid significet *τὰ πρὸ τῶν Εὐκλείδου ὀπτικῶν* incertum; num libros opticos, qui ante Euclidem scripti sunt, an Euclidis optica saepius edita?

Pag. 22. 211) *Ἀριστείδου ῥήτορος λόγοι ιθ'.* 212) *Σέξτου Ἐμπειρικοῦ περὶ πασῶν τῶν μαθήσεων βιβλία η'.* 213) *Ἀπολλωνίου Ῥοδίου ἀργοναυτικά.* 214) *Ἀράτου φαινόμενα.* 215) *Νικάνδρου θηριακά.* 216) *Ἀφθονίου σοφιστοῦ προγυμνάσματα.* 217) *Ἑρμογένους ῥητορική.* 218) *Ἡ νέα γραφή.* 219) *Περὶ πολέμου Τροίας ἀνωνύμου στίχοι.* 220) *Ἀρσενίου Μονεμβασίας συνθήκη ἰωνιᾶς.* 221) *Κυρίλλου λεξικόν.* 222) *Ὀππιανοῦ ἁλιευτικὰ μεθ' ἑρμηνείας.* 223) *Σοφοκλέους τραγῳδίαι μεθ' ἑρμηνείας.* 224) *Ἡσιόδου ἔργα καὶ ἡμέραι μεθ' ἑρμηνείας.*

Pag. 23. 225) *Ἐπιφανίου ἀρχιεπισκόπου Κύπρου περὶ φύσεως πετεινῶν καὶ ἑρπετῶν.* 226) *Περὶ κύκλων ἡλίου καὶ σελήνης ἀδήλου.* 227) *Νεμεσίου ἐπισκόπου Ἐμέσης λόγος κεφαλαιώδης περὶ φύσεως ἀνθρώπου.* 228) *Νείλου τοῦ Καβάσιλα κατὰ Λατίνων.* 229) *Φλαβίου Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως, σὺν διαλόγοις Λου-*

---

[212]) Sexti Empir. opus adversus mathematicos scriptum fuisse videtur.

[226]) Isaaci Argyri scriptum de eadem re hoc opusculum fuisse non videtur. Vid supra ad 15.

[227]) Cum Nemesius episcopus Emesae, Phoenicicae urbis, fuerit, emendavi, quod in codice scriptum erat *Νεμέσης*.

[229]) In bibliotheca Bern. Phalaridis et Bruti epistolae Graecae non inveniuntur, sed satis memorabilis versio Latina inter codices Bongarsii nor. 550. est, quae a Rainutio facta et Nicolao quinto, Pontifici maximo, dedicata est. Rainutius idem esse videtur, qui et Rimicius, Remitius, Rinutius et Ranutius nominatur et fabulas Aesopicas in linguam Latinam transtulit. (Cf. Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 637.) Quum neque apud Hoffmannum in lexico bibliogr. neque apud Fabricium ullam notitiam invenerim, hanc versionem esse editam, specimen apponere volo, ex quo docti de pretio eius iudicare possint: »*Brutus Rhodiis. Xanthios, quum a nobis defecissent, extremo supplicio affecimus; nam usque ad parvulos omnibus caesis, eorum patriam igne et ferro diruimus. Patareis, quod nobis fidi exstiterunt, et tributa relaxamus ac liberos et sui iuris esse concessimus, atque pro restauratione eorum, quae demolita erant, quinquaginta talenta remisimus. Liceat et vobis consulere et videre, utrum vos pro hostibus, quemadmodum Xanthii, an pro amicis, ceu Patarei, haberi velitis. — Rhodii Bruto: Xanthios pro libertate resistentes cum atrocitate tractare vis; non tamen Patareos imitaturi sumus, qui muneribus pelliciti servitutem potius subierunt. Sed eorum abominantes fortunam ac sententiam damnantes in muneribus accipiendis generositatem animi tenere conabimur. Nam decernimus, libertatem cum periculo fore praeclariorem, quam questu et muneribus indipisci confugium.*« Ex his exemplis iam clarum est, Rainutium neque omnia recte transtulisse, et nonnulla omisisse; sed ex epistola Anacharsidis ad Medocum intelligimus, Rainutium verba quidem, quamvis vitiosissima essent in codice scripta, nonnunquam reddidisse, sed sententias non respexisse. His enim Latinis verbis illam epistolam transtulit: »*Invidia et poësis magna sunt signa pravi animi; ex invidia namque tristitia sequitur in amicorum civiumque felicitatem, ex poësi autem*

κανοῦ καὶ Φαλάριδος καὶ Βρούτου ἐπιστολαῖς. 230) *Εὐδήμου ῥήτορος περὶ ῥητορικῶν λέξεων.* 231) *Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδου λογική, σὺν ἑρμηνείᾳ Βοετίου φιλοσόφου εἰς τὴν διαλεκτικῆς τέχνην.* 232) *Γαλήνου πλεῖστα, καὶ περὶ οὔρων πραγματεία ἀρίστη.* 233) *Παρμενίδου τοῦ σοφωτάτου τινά.* 234) *᾿Αλὴ ἔμπνη τοῦ Σινᾶ, παρ᾿ ᾿Ιταλοῖς δὲ ᾿Αβιτζηάνου τινά.*

Pag. 24. 235) *Ζαχαρίου ἀρκτουαρίου τοῦ σοφωτάτου περὶ τέχνης ἰατρικῆς βιβλία ἑ.* 236) *Τοῦ αὐτοῦ ἕτερα.* 237) *᾿Αρμενοπούλου ἑξάβιβλος σὺν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς κανόσι.* 238) *Πρόκλου ἑρμηνεία εἰς τὰ Εὐκλείδου στοιχεῖα.* 239) *Δημοσθένους λόγοι ᾿Ολυνθιακοὶ καὶ Φιλιππικοί.* 240) *῾Ιπποκράτους πάντα.* 241) *Λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον ἀνωνύμου.* 242) *Τοῦ σοφωτάτου Νικολάου Μυρεψοῦ, ἀντίδοτος ὡραία ᾿Αλεξανδρίνα, στοιχεῖα κδ'.* 243) *Διοσκορίδου ἁπλῶν δυνάμεων τῶν φαρμά-*

---

fictionum spectatio et inanium rerum confabulatio. Scythae huiusmodi homines non recipiunt, sed laeti bene agunt et quaerunt, quae iuste possint acquirere. Odium vero et invidiam et omnem aliam aegritudinem animi velut inimicos et hostes pro viribus expellunt.« Poësis, de qua Anacharsis loquitur, est *πτόησις*, igitur timor, stupor. Saepe in errores vitiis scripturae inductus esse videtur, quae in codice Graeco suo invenit. Id imprimis in Cratetis epistolis, quarum 24 adsunt, evenit. Epistola, quae in editionibus Origeni scripta est, non deest, quod Sinnerus putat (Catalog. T. I. p. 358.), sed his verbis est translata: *»Crates Horioni s. p. d.: Ager nec virtuosos, nec* (urbs) *pravos homines fert, sed bonorum malorumque societas. Quare si vis bonos et non malos liberos tuos fieri: non in agrum eos, sed ad philosophos mitte, ut, quum ipsi ad eos proficiscantur, quae bona sunt, doceantur. Virtutem enim exercitatione non tamen natura consequimur.«* Quae ob vitia pauca tantum haec versio ad epistolas emendandas confert.

[230]) Eudemi Lexicon nondum editum in nonnullis quidem bibliothecis invenitur, sed Küsterus (ad Suid. s. v.) de eius genuinitate dubitat.

[231]) Idem opus esse videtur, quod iam editum est sub titulo: *εἰσαγωγικὴ ἐπιτομὴ βιβλίον ά περὶ λογικῆς, βιβλίον β' περὶ φυσικῆς.* Boëtii interpretatio non edita est, quantum equidem invenire potui.

[233]) Parmenidis opera alia fuisse videntur, atque fragmenta ab Henrico Stephano primum collecta.

[234]) Mihi hic Abitzianus incognitus.

[235]) Zacharias Arctuarius mihi incognitus medicus, cuius opera non edita. Cf. ad 45.

[242]) Nicolaus Myrepsus (in codice vitiose *μηρεψοῦ* scriptum) multa remedia ex aliorum operibus collegit et descripsit in 48 sectionibus, quae Latine tantum saepe edita sunt. Boëstallerii codex non totum opus continuit.

[243]) Opus Dioscoridis, quod inscribitur *περὶ εὐπορίστων ἁπλῶν τε καὶ συνθέτων φαρμάκων*, fuisse videtur.

κων. 244) *Ὀρειβασίου περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν ἰατρικῶν.* 245) *Μελετίου Μοναχοῦ περὶ φύσεως ἀνθρώπου καὶ περὶ τοῦ πῶς συνέστηκεν ὁ κόσμος, ὡραῖον.*

Haec erat Boëstallerii bibliotheca. Quodsi eam cum multitudine librorum comparamus, quam nunc homines ditiores habere solent, parva quidem erat; sed si Graecos libros, qui in legatorum regis Gallorum bibliothecis hoc tempore inveniuntur, consideramus, immensa est, idque non mirum; nam alia sunt, quae nunc in amplissimo illius dignitatis gradu collocati respiciunt iisque cavent. Non placita theologorum, philosophorum, mathematicorum, grammaticorum, quibus Bongarsius, Boëstellarius, alii studuerunt, nunc eos occupatos tenent, sed curant, ne vires regnorum in quam partem inclinent, qua abstrahi non debeant. Nihilominus etiam veteres legati in hac re gravi occupati erant, sed, ut P. Scipio, nunquam minus erant otiosi, quam otiosi, nec minus soli, quam quum soli essent. Inde factum, ut bonos libros scribere possent, quod nunc inprimis nonnulli Anglorum et Borussorum legati, insigni doctrina ornati, faciunt. Illa Boëstallerii bibliotheca fortasse etiam nunc in latebra aliqua obscura Galliae latet; sed non dubitandum, quin magnae litterarum utilitati inveniri possit, si docti Galli investigare velint, quando Boëstallerius vixerit et qua provincia natus sit. Haec hactenus.

Ad incitanda studia anno praeterito a singulis professorum ordinibus iuvenibus litterarum in nostra academia studiosis quaestiones propositae sunt, quarum duae tantum invenerunt, qui iis operam navarent. Etenim quum ex ordine iurisconsultorum civitatum moderandarum disciplinas docentes professores optassent, ut exponeretur:

Quae ratio inter manupretium et eas res intercedat, quae mercenariorum opera efficiuntur; quaeque sint conditiones, sub quibus manupretium augeatur et minuatur,

---

[244]) Oribasii opusculum non editum, certe non sub hoc titulo.
[245]) Vide supra ad 33.

Decano ordinis iurisconsultorum scriptum traditum est, in quo magnae sagacitatis et diligentiae indicia ubique, et in toto et in partibus, animadvertebantur. Qua de causa opusculum suasore ordine iurisconsultorum a Septemviris iuventuti educandae primo praemio ornatum est. Auctor erat

Carolus Weber, Bero-Monasteriensis e pago Lucernensium.

Philosophorum ordo duas quaestiones, alteram philologici argumenti, alteram ad historiam naturalem spectantam proposuit, quarum prior tantum, his verbis conscripta:

Quum variae de Xenophontis historia Graeca sententiae sint propositae, tota horum librorum conditio explicetur, et comparatis scriptorum de rebus a Xenophonte relatis narrationibus, exponatur, quid fidei et auctoritatis huic historiae Graeciae sit tribuendum,

soluta est a

Basilio Hidbero, Melso-Sangallensi.

Ornatus est auctor, iuvenis optime moratus, secundo praemio.

Quum etiam hoc anno a professoribus quaestiones solvendae recens sint propositae, fore ut non pauci Vestrum, Commilitones humanissimi, iis operam curamque impendant, exspectamus. Quodsi Vos in ea diligentia, studii assiduitate morumque probitate et sinceritate, quam non possumus, quin publice laudemus, perseverabitis, non timendae sunt illae tempestates, quae ex atris et albis nubibus navi Academiae imminent. Rector Magnificus, qua solet prudentia et firmitate, gubernaculum tenebit scopulosque interitum minitantes evitabit, et ceteri nunquam deerimus officiis nostris.

LECTIONES

a professoribus ordinariis, extraordinariis
et
doctoribus privatis
per hibernum semestre spatium
MDCCCXXXIX — MDCCCXXXX
habendae.

I. Ex ordine theologorum.

Archaeologiam biblicam docebit binis per hebdom. horis *Theophil. Studer*, priv. doc.
Genesin interpretabitur quinis p. hebd. horis *Dr. Lutz*, P. o.
Evangelium Lucae senis p. hebd. horis *idem*.
Introductionem in epistolas novi testamenti et Pauli placita binis horis docebit *Licent. Theol. Gelpke*, P. e. o.
Epistolam ad Hebraeos scriptam ternis horis interpretabitur *Licent. Gelpke*.
Introductionem in dogmaticen binis hor. docebit *Dr. Schneckenburger*, P. o.
Dogmaticen biblicam quaternis horis *Dr. Lutz*.
Dogmaticae ecclesiasticae secundum confessionem Helveticam partem priorem senis hor. *Dr. Schneckenburger*.
Historiae ecclesiasticae partem priorem octonis horis *Licent. Theol. Hundeshagen*, P. e. o.
Selecta archaeologiae Christianae capita ternis horis *Lic. Hundeshagen*.
Geographiam et Statisticen orientalis et catholicae ecclesiae quaternis horis *Dr. Schneckenburger*.
Homileticen quinis hor. *Zyro*, P. o.
Liturgicen binis hor. *Zyro*.
Curam animarum binis hor. lingua Gallica usurus *Schaffter*, P. e. o.

Exercitationes in sacris concionandi et tirones catechetice exquirendi quinis horis instituet *Zyro*.

Exercitationes orationum habendarum binis hor. *Zyro*.

Exercitationes practicas, lingua Gallica adhibita, *Schaffter*.

II. Ex ordine Iurisconsultorum
et
civitatum moderandarum disciplinas docentium.

A. Iurisconsulti.

Iuris universalis doctrinam quaternis per hebdomad. horis docebit *Dr. Schnell*, P. o.

Pandectarum ius duodenis horis *Dr. Schmid*, P. e. o.

Ius Germanicum civile senis horis *Dr. Rheinwald*, P. e. o.

Ius criminale commune, legum Bernensium habita ratione, senis horis *Dr. Snell*, P. o.

Ius ecclesiasticum ternis horis *Dr. Herzog*, P. o.

Ius civile Bernensium senis hor. *Dr. Schnell*.

Examina de iure civili Bernensium binis hor. publice instituet *idem*.

Examina de processu Bernensium civili et administrativo, processus Germanici communis habita ratione, ternis hor. *Dr. Rheinwald*.

Praxin processus civilis quaternis hor. *Dr. Snell*.

Praxin processus criminalis cum examinibus conjunctam quaternis hor. *idem*.

B. Civitatum moderandarum disciplinas docentes

Encyclopaediam doctrinae rerum publicarum regendarum ternis horis publice docebit *Dr. Herzog*, P. o.

Rerum publicarum regendarum doctrinae partem primam: introductionem et principia, quaternis horis *Dr. Siebenpfeifer*, P. e. o.

Rerum publicarum regendarum doctrinae partem quintam: administrationem internam et disciplinam publicam, quaternis horis *idem*.

Oeconomiam publicam quinis horis *Dr. Herzog*.

III. Ex ordine medicorum.

A. Medicinam hominum docentes.

Introductionem in medicinae studium binis hor. *Dr. Car. Emmert*, priv. doc.

Anatomiam generalem quaternis horis, *Dr. Valentin*, P. o.

Osteologiam binis hor. *Dr. Theile*, P. e. o.

Anatomiam corporis humani novenis horis *Dr. Theile.*

Exercitationes corpora humana secandi, adiutore Gerbero, prosectore, instituet *idem.*

Historiam generationis et evolutionis hominum et brutorum ternis horis docebit *Dr. Valentin.*

De inflammationibus earumque exitu binis hor. *idem.*

Therapiam generalem binis horis *Dr. Rau*, P. e. o.

Materiam medicam quaternis horis *idem.*

Materiam medicam quaternis horis *Dr. Car. Emmert.*

Pathologiam et therapiam specialem acutorum morborum denis hor. *Dr. Vogt*, P. o.

Pathologiam et therapiam morborum parvulorum *Dr. Rau.*

Chirurgiam theoreticam denis horis *Dr. Demme*, P. o.

Ophthalmiatricen quaternis horis *Dr. Car. Emmert.*

Repetitiones et examina chirurgiae theoreticae quatern. horis instituet *Dr. Guil. Emmert*, priv. doc.

Artem fascias chirurgicas applicandi quaternis horis docebit *idem.*

Artem obstetriciam theoreticam et practicam quinis horis *Dr. Hermann*, P. e. o.

Exercitationes obstetricias in phantomate et foeminis quinis hor. instituet *Dr. Hermann.*

Medicinam forensem quinis horis docebit *Dr. Tribolet*, P. e. o.

Methodum physices auxiliis pectoralia organa explorandi docebit et exercitationes instituet quaternis horis *Dr. Fueter*, P. e. o.

Diagnosticen medicam ternis horis publice docebit *Dr. Baswitz*, priv. doc.

Clinicen medicam quaternis hor. *Dr. Vogt.*

Clinicen chirurgico-ophthalmiatricam quaternis horis *Dr. Demme.*

Policlinicen novenis horis *Dr. Fueter.*

Policlinicen ophthalmiatricam binis horis *Dr. Rau.*

Clinicen obstetriciam. *Dr. Hermann.*

B. Medicinam veterinariam docentes.

Initia physices et chemiae in usum medicinae veterinariae studentium senis horis docebit *Koller*, P. e. o.

Anatomiam animalium domesticorum octonis horis *Gerber*. P. e. o.

Exercitationes animalia secandi senis horis instituet *Gerber.*

Pathologiam et therapiam generalem maiorum animalium domesticorum quinis hor. docebit *Anker*, P. e. o.

Historiam naturalem morborum, quibus animalia domestica afficiuntur, ternis hor. *Rychner*, P. e. o.

De morbis animalium domesticorum iisque medendi ratione senis hor. *Rychner*.

Artem equis soleas ferreas inducendi et morbos ungularum equinarum et bovinarum quaternis hor. *Anker*.

Chirurgiam veterinariam generalem quaternis horis *Koller*.

Principia medicinae veterinariae publicae binis hor. *Rychner*.

Clinicen senis horis *Anker*.

IV. Ex ordine philosophorum.

A. Philosophi proprie dicti.

Logicen et animarum philosophiam quaternis hor. docebit *Dr. Troxler*, P. o.

Logicen ternis horis *Dr. Gelpke*, P. e. o.

Anthropologiam psychicam quaternis hor. *Dr. Troxler*.

Exercitationes philosophicas binis hor. publice instituet *idem*.

Philosophiae naturalis partem alteram ternis hor. publice *Dr. Perty*, P. o.

B. Philologi et historici.

a) Litterae antiquae.

Grammaticam Syriacam binis hor. *Theophil. Studer*, priv. doc.

Introductionem in Platonis rempublicam dabit et libros VI et VII interpretabitur ternis horis *Dr. Rettig*, P. e. o.

Platonis Phaedonem binis hor. *Alb. Jahn*, priv. doc.

Longini περὶ ὕψους librum ternis horis *Jahn*, P. e. o.

Aeschyli Prometheum quaternis horis *Dr. Müller*, P. e. o.

Selecta capita Taciti et Sallustii de bello Catilinario quaternis hor. publice *Jahn*.

Horatii satirarum librum II binis hor. *Dr. Rettig*.

Nonnullas Plauti vel Terentii comoedias ternis hor. *Ed. Schnell*, P. e. o.

Titulos pandectarum de verborum significatione et de regulis iuris antiqui ternis horis *Ed. Schnell*.

b) Litterae recentiores.

Historiam poëticae Germanorum litteraturae inde a reformatione, quae dicitur, usque ad novissima tempora quaternis hor. *Froehlich*, priv. doc.

Carmen Nibelungorum binis horis interpretabitur *Froehlich.*
Exercitationes Germanice scribendi ternis hor. instituet *Jahn,* P. e. o.
De scriptoribus Gallicis, qui mutatae Gallorum civitatis tempore vixerunt, binis horis exponet *Richard,* P. e. o.
De Molierio eiusque sectatoribus comicis binis hor. *Richard.*
Tragoedias Alfierii selectas ternis hor. interpretabitur *Richard.*
Selecta capita Divinae Dantii Comoediae ternis hor. *idem.*

c) Historia.

Historiam Romanam mores et leges latas respiciens quinis hor. docebit *Dr. Kortüm,* P. o.
Historiam novissimi temporis inde ab a. 1789 ad a. 1823 quinis hor. *idem.*
Helvetorum historiam novissimi temporis ab a. 1798 ad a. 1833 ternis hor. *idem.*
Societatem historicam moderabitur et singula historicae propaedeutices capita binis hor. publice docebit *idem.*

C. Mathematici et rerum naturalium scrutatores.

a) Mathesis.

Principia algebrae et geometriae ternis hor. docebit *E. Volmar,* P. e. o.
Geometriam analyticam tern. hor. *E. Volmar.*
Calculum differentialem quatern. hor. *Dr. Trechsel,* P. o.
Capita difficiliora geometriae descriptivae bin. hor. *Gerwer,* priv. doc.
Astronomiam practicam bin. hor. publice *Gerwer.*
Mechanicen artium quaestuosarum quatern. hor. *E. Volmar.*
Scenographiam et sciographiam bin. hor. publice *Pursh.*

b) Historia naturalis.

Encyclopaediam, methodologiam et historiam disciplinarum naturalium ternis hor. *Dr. Perty,* P. o.
Historiam naturalem generalem sen. hor. *idem.*
Physicen specialem sen. hor. *Dr. Trechsel,* P. o.
Physices doctrinas mathesi adhibita illustrabit *idem.*
Physicen experimentis illustrabit quatern. hor. *Dr de Tscharner,* P. e. o.
Geographiam physicalem quatern. hor. *Dr. Studer,* P. e. o.
Chemiae generalis partem priorem sen. hor. *Dr. Brunner,* P. o.



Mineralogiam generalem et specialem quin. hor. *Dr. Studer.*

Lithurgicen *Müller*, priv. doc.

De organis et systemate plantarum cryptogamicarum exponet binis hor. *Dr. Wydler*, P. e. o.

Examina de historia plantarum generali instituet publice *idem.*

Botanicen medicam binis hor. docebit *idem.*

Pharmaceuticarum mercium cognitionem senis hor. *Dr. Brunner.*

D. Tactici.

Primam et secundam belli septennis expeditionem bin. hor. narrabit *Lohbauer*, P. e. o.

Tactices initia bin. hor. docebit *idem.*

De tabulis topographicis et de Lehmanni methodo orographica exponet bin. hor. *idem.*

E. Artium magistri.

Artem secundum naturam pingendi et delineandi bin. hor. *J. Volmar*, P. e. o.

Artem res anatomicas delineandi duoden. hor. *idem.*

Musices initia, bassum generalem, qui dicitur, et modulationis doctrinam bin. hor. *Pursh*, priv. doc.

Fugam, contrapunctum, quae a musicis dicuntur, et organorum adhibendorum doctrinam bin. hor. *idem.*

Corrigenda et emendanda.

Nonnulli errores, quos diligentissime corrigens expellere non potui, etiam nunc in catalogo bibliothecae Boëstall. inveniuntur; legendum enim p. 8. lin. 6. ἀρχιεπι-σκόπου et lin. 8. καὶ. In additamentis ad calogum p. 1. lin. 13. legendum *Gregorius*, lin. 26. *XV vel XVI*, quod et p. 2, lin. 6. et p. 3. lin. 2. corrigendum. Pag. 18. ad 242. lin. 3. corrig. *editae*, pag. 20. lin. 8. *spectantem*, et si qua alia sunt, quae humanus lector benigne corrigat.